



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1766

VD18 90118251

§. 11. Dietherius Nassovius Trevirensis Archiepiscopus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

trus Trevis natus, scientia & virtute Sæcul. XIV.
 pollens Clericus (tunc enim vix daban- A.C. 1307.
 tur medici nisi in Clero) in studio legum
 divinarum se multum exercuerat. Mo-
 guntia a Clero & populo honorifice
 exceptus, Ecclesie suae regimen tran-
 quille adiit, & annis tredecim conti-
 nuavit.

§. XI.

*Dietherus Nassovius Trevirensis
 Archiepiscopus.*

Trevirensibus præerat Dietherus Nassovius Imperatoris Adolphi, frater ex Brover. to. 2.
 Ordine Prædicatorum. Præerat autem p. 180.
 non electus vel postulatus a Canoni- Trith. Chr.
 cis, sed his obtrusus a Papa Bonifacio Span. an.
 VIII ex odio Alberti Austriaei Romano-
 rum Regis Adolphum insectati. Et ve-
 ro Dietherus Alberto, semper obsistebat.
 per spatium sui pontificatus cœpti anno
 1299, & durantis annos octo circiter.
 Erat vir inquietus ac bellicosus, cujus
 mala agendi ratio Trevis odium com-
 mune hominum conflavit. Confluentia Id. Chr. Hir-
 cives, quos magnitudine tributorum pres- saug. 1305.
 ferat, in se consurgentes ut subigeret,
 collectis magno sumptu copiis urbem
 obsidens ad suam victoris fidem con-
 fugere coëgit. Per impensas hanc in
 expeditionem factas exhausto ærario,

Q q 2 Eccle-

Sæcul. XIV. Ecclesiæ suæ terras plerasque oppigno-
A. C. 1307. ravit, quin etiam nonnullas vendidit.

Ibid. 1307. Hac de re ac insuper de mercatu fa-
Rayn. 1307. crilego contemptuque supremæ Sedis
n. 26. apud Papam Clementem accusatus est
 a Clero suo: nam appellentem summum
 tribunal Alexandrum ad S. Matthæi
 prope Treviros Abbatem ejecerat ex
 ipsius cœnobio, aliumque in ejus locum
 intruserat.

Papa hoc de argumento scribens lit-
 teras ajebat: Delicta Præsulum, qui
 Ordini sacro dederunt nomen, gravius
 nos commovent, propterea quod vita,
 quam hoc in statu duxere, arctius eos
 adstringat ad præbenda exempla bona.
 Infirmabat omnia contra Abbatem A-
 lexandrum post hujus provocationem
 a Diethero facta; & præcipiebat, ut E-
 pternacensis ac Luxemburgicus Abbates
 Trevirensis dioceseos, atque Leodiensis
 Ecclesiæ Præpositus Archiepiscopum ci-
 tarent ad Romanam curiam tres intra
Trith. ibid. menses adeundam. Dabat Pictavii 4
 Jun. 1307. Citatus est Dietherus: sed
 ante præstitutum tempus ægrotans, 23
 Nov. eodem anno decessit.

§. XII.

Congressus Pictaviensis.

Sub Pentecosten, quæ hoc anno 1307
 in quartam decimam Maji incidit,
 Rex